RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 96v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26003
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ut intelligerent septem: primum ipsis apostolis. deinde per ipsos omnes prædicatores succes-
soribus et adiutoribus eorum sufficientia de lege et prophetis et psalmis ad iuuamina ministrauit
euangelice fidei. Vnde in ceteris euangeliis signatur per ipsum legem quæ cum benedicisset et fregisset
dedit discipulis suis panes. discipuli autem turbis. Vt autem impleretur. dixit discipulis suis. Colli-
gite quæ superauerunt fragmenta ne pereant.

Magnum quidem in facto exercitio diuini beneficii et miraculum. uerum cotidiani
operis diuini magis admirandum. Maius enim totius mundi gubernatio est miraculum. quam de quinque
panibus saturatio quinque milium hominum. Iniquum tamen mirandum erat et esset hoc potuisse facere dominum.
quam gaudendum illum hæc facere posse uenisse in hunc mundum hominemque factum esse uerum dei
filium. Illud quoque reuerenter audiendum et diligenter obseruandum est quod autem colligite quæ
superauerunt fragmenta ne pereant. non solum in dispensatione ubi dominus maxime cauendum est ne
nimis importune et absque discretione infirmis aut fastidiosis auditoribus ingerat. ue-
rum etiam in usu victus panis huius uisibilis quem corporis pascit curandum est. ne nos saturatos pereat. quod
esurientibus prodesse potest pauperibus. Cum enim in diuino donum est panis quoque iste quem carnalium reficiamur. Non
ita simus incauti pensatores diuino alimuti mis. ut cum dicamus pater noster in institutione filium fu-
panem nostrum cotidianum da nobis hodie. non arbitremur panem istum uisibilem quem sustentamur in corpore
adhuc sollempnem peruenisse. et adcurasse tantum patris prunere. Quis enim habere uice ei curare. si
curam ipse habere non dignatur. de sustentatione huius miserere uitæ nostræ. Quindecim cum dicimus panem
nostrum cotid. d. n. h. triplicem debere panem nostrum deuotionis humilitatis tendere. primum scilicet pa-
nem. i. omnem ubi quod procedit ex ore dei. quem interior homo uiuit. deinde panem diuina corporis quem in
terior simul et exterior homo iuncta cum iustitia et subinde panem carnalem quem et ipsum idem dis
et pater omnium hominum in merito de terra producit opantem terram in sudore uultus sui. quem non peccasset
poterat absque labore fruitur ultimis paradisi delicias. Si quidem et ipse dominus presentibus turbis omnem hunc
triplicis panis largitatem cum de tempore apuit. Loquebatur enim illis de regno dei. quod est spiritalem panem
frangere esurienti. refecit eos carnalibus epulis. et deinde predicauit eis ut esuriret et sit
ret cibum et potum corporis et sanguinis sui. Igitur quod nos autem colligite quæ superauerunt fragmenta ne
pereant. reuerenter ut predicatum est audiendum et diligenter obseruandum est. in omni pane quem triplicem ut
iam diximus uitæ nostræ et salutem gratiæ eius prouidit. uidet ne sublimia nimium et forta predicem in
firmis. ne indiscrete tradam eucharistiam dominici corporis et sanguinis. neue abun
dantiam nostram in carnalibus cibis quem aliorum inopiam supplere possit. aut insuperfluitate ab
utamur. aut pincernam pire paciamur. Collegerunt quoque et impleuerunt. xii. cophinos frag
mentorum ex quinque panibus hordeaceis. quem superfuerunt his quinque manducauerant.

Redarguit quoque discipulorum tarditatem et fidem adhuc pmodica. quod dicebant ducentorum dena
riorum panes non sufficere eis ut unusquisque modicum quod accipere. et de quinque panibus et duobus pisci
bus. hæc quod sunt intantos. immo et iuxta alios euangelistas consilium in competens